

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus qui scienter recipit Ordines, deponendus si est Clericus secularis; si Regularis, ab executione Ordinum est suspensus & n. 8.
- 2 Dissensat solus Papa cum Clerico seculari, qui ignorans jus vel factum in excommunicatione recipit Ordines.
- 3 Sed cum Regulari dissensat Abbas, si ignorantia est probabilis & factum non est grave & n. 26.
- 4 Excommunicatus pro violenta manu iniectione in Clericum regulariter non absolvitur nisi a Papa.
- 5 Fallit in casibus hic enumeratis & n. seq.
- 6 Religiosi ab excommunicatione Canonis si quis suadente, absolvi possunt per proprium Prælatum, si ipsum habeant; & sic Presbyter: alioquin per Diocesana & n. 11.
- 7 Declaratio dubiorum in iure consensitiam a Sede Apostolica petenda est.
- 8 Dissensat solus Papa cum Clerico seculari qui in excommunicatione recipit Ordines: etiam si ab illa excommunicatione Episcopus possit absolvi.
- 9 Dissensandi potestas maior est quam potestas absolvendi ab excommunicatione.
- 10 Argumentum à minori ad majus non procedit affirmativè, sed negativè.
- 11 Abbas potest absolvi Monachos suos ab excommunicatione ob violentam manu iniectionem, dummodo excessus non sit enormis.
- 12 Sive in excommunicationem inciderint post ingressum Religionis, sive ante.
- 13 Sed ab aliis excommunicationibus eos tantum qui inciderunt post ingressum.
- 14 Dissensandi potestatem habens cum subdito delinquente, non potest dispensare cum eo qui deliquit antequam esset subditus.
- 15 Qualitas adjecta verbo, intelligitur secundum tempus

Um illorum. Qui excommunicatus pro manu iniectione scienter recipit Ordines: deponendus, si est Clericus secularis; si Regularis, ab executione Ordinum est suspensus. Qui ignorans jus vel factum, sic excommunicatus recipit Ordines; si est Clericus secularis, dispensat cum eo solus Papa; si Regularis, Abbas cum eo dispensat, si ignorantia est probabilis & factum non est grave. Hoc dicit secundum Joan. Andr. cum quo Butr. Card. & ceteri concordant. Dividitur ut per Mar. Soc.

Nota primò ex principio textus, excommunicatum pro violenta manu iniectione in Clericum regulariter absolvi non posse, nisi à Sede Apostolica; quia Papa sibi reservavit absolutionem, ut hic & in c. Petri, in c. Non dubium, in c. Ea noscitur, in c. Taa nos & in c. Quamvis infra eodem; & ordinaliter in c. si quis suadente, 17. q. 4. Fallit tamen hæc regula in multis casibus qui comprehenduntur his verbis.

Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis, Delictus, inops, æger, senexque sodalis, Janitor, astrichus, dubius causæ, levis ictus, Debilis absolvi sine Summa Sede merentur; Atroces verbò soli Papæ retinentur.

Regula. Hic comprehenduntur omnes Religiosi qui absolvi possunt per proprium Prælatum, si ipsum habeant, ut hic in §. Nos tamen dummodò Sacerdos sit, c. Canonica infra eodem, c. Nuper, §. penult. supra eodem, uti de hoc: alioquin per Diocesana, de Monialibus infra eodem, c. Monachi supra eodem; Mors, ut in c. Non dubium supra eodem; Sexus, ut in c. Mulieres supra eodem; Hostis, ut in c. de cetero supra eodem; Puer, cap. Quamvis & cap. fin. infra eodem & supra cap. 1. Officialis, c. 3. §. 1. supra eodem; Delictus, sed in isto prius consultur Romanus Pontifex, c. Mulieres supra eodem; Inopique & nobilis cui ostiant ire verendum est, de quo dic ut plenè notatur in c. Quid de his supra eodem; & infra in c. Ea noscitur; Senex, ut in d. c. Quid de his & c. Ea noscitur; Ager, ægerque incurabilis vel de cuius morte dubitatur vel morbus chronicus est & longus: de quo dic, ut in iuribus proximè citatis; Sodalis, ut c. Quoniam, §. fin. supra de vita & honest. Cleric. & c. ex tenere in fin. supra eodem; Janitor, ut c. 3. in 1. respons. supra eodem; Astrichus Patriæ potestati vel dominicæ, ut in c. Mulieres supra eodem; & infra c. Relatum: de quo dic, ut plenè legitur & notatur in cap. cum desires, §. 2. & cap. si verbò aliquis supra eodem; Causæ scilicet iuste, quodcumque præterit impedimentum Sedem Apostolicam non adveniendi, capite De his, ubi de hoc & cap. De cetero, supra & infra cap. Quamvis; Levis ictus, ut cap. Pervenit supra eod. Debilis, ut c. Ea noscitur, supra eod. Absolvi sine Summa Sede merentur; Atroces verbò

- 16 Enormis excessus dicitur respectu quantitatis facti. Item respectu qualitatis personæ, n. 29. Item respectu scandalum, n. 22. Item respectu loci, n. 13.
- 17 Membra appellatione qua intelligantur.
- 18 Percussio cum sanguinis effusione, an & quando dicitur enormis.
- 19 Injuria atrox respectu quantitatis facti quando dicitur.
- 20 Enormis semper dicitur excessus in Episcopum vel Abbatem vel alium Superiorem.
- 21 Et idem si in patrem vel in Magistrum.
- 22 Injuria atrox affirmatur, si in theatro, in foro vel in conspectu Prætoris facta sit.
- 23 Item si in Ecclesia vel Cemeterio.
- 24 Circumstantiæ que aggravant vel extenuant delictum remissivè.
- 25 Prælati Regulares an possint dispensare super irregularitatibus ex delicto occulto provenientibus in vim Concilii Tridentini, c. 6. sess. 24. & n. seqq. usque in fin.
- 26 Irregularitas est impedimentum Canonicum quo prohibetur promotio ad Ordines & illorum executio.
- 27 Prælati inferioribus non competunt ea que Sacris Ordinibus annexa sunt, vel illos concernunt.
- 28 Dispensatio in irregularitate est dispensatio circa Ordines.
- 29 Episcopi appellatio in materia exorbitanti non venit non consecratus, etiam si ageretur de exercenda jurisdictione.
- 30 Episcopus electus ante consecrationem non potest concedere Indulgentias.
- 31 Prælati inferioribus jurisdictionem quasi Episcopalem habentibus in locis sue jurisdictionis ut non licet facultate Episcopi attribuita Decreto Concilii Tridentini, cap. 6. sessione 24.

foli Papæ retinentur, ut c. Relatum & c. Canonica, infra eod. Hos versus recitat & ut supra exponit Holt. hic num. 1. & in summa hujus tituli, §. Quis possit excommunicare, num. 4. sub vers. Secunda Regula, dicens fuisse Jacobi Serenæ Ebredunensis & concordant hic Joan. Andr. n. 2. Henric Boich. eodem num. Butr. num. 26. Anchar. num. 1. & Abb. in 1. notab. & latus prosequitur Mar. Soc. in c. officii infra eod. ubi ponit regulam cum tribus declarationibus, seu ampliacionibus, num. 30. cum tribus seqq. & viginti quatuor sententiis à num. 24. usque ad num. 58. & prædictis adde compendiosam distinctionem quam posuit in c. Pervenit, num. 6. infra eod. post. Joan. Andr. hic, n. 3. vers. Et ad contrariorum solutionem.

Secundò nota hic, Apostolicum sæpius oraculum imploratur. Pro declaratione dubiorum consentitum in iure ad Sedem Apostolicam esse recurrendum, de quo dic, ut scripsi plenè in c. Cum venissent, supra de judic.

Tertiò, nota in vers. Circa quos quæ penà sit puniendus Clericus secularis suspensus Ordines dum exiit in excommunicatione; debet enim deponi ab illo Ordine nec potest cum eo alius citra Papam dispensare: quod locum sibi vendicat non solum in excommunicatis, quorum absolutio est Sedi Apostolicæ reservata, ut in casu hujus cap. sed etiam in aliis excommunicatis, quos Episcopi possunt absolvi, quia nihilominus non potuerunt Episcopi dispensare cum sit ordinatis, quia effecti sunt irregulares & indispensabiles ab alio, quàm à Romano Pontifice, ut hic, Joan. Andr. n. 6. cum quo concordant Henrich. Boich. num. 14. Anton. de Butr. n. 18. Abb. in 2. notab. & alii communiter; & videtur probari in cap. 1. §. 3. de eo qui furtiv. ordin. recep. ubi cum recipiente Ordinem post excommunicationem solus Papa dispensat.

Quartò, nota hic, Cùm majora intelligantur illis prohibita, & c. potestatem dispensandi majorem esse, quàm potestatem absolvendi ab excommunicatione; undè non valet consequentia. Potest quis absolvi; ergo & dispensare, quia non potest arg. à minori ad majus affirmativè, videlicet si possum id quod minus est; ergo & id quod majus est, sed è converso valet consequentia, qui non potest absolvi nec potest dispensare, quia procedit argumentum à minori negativè sumptum; undè sequitur qui non potest id, quod minus est, nec potest id, quod majus est, ut notatur in cap. Cùm in cunctis, de elect. cùm majora intelligantur illis prohibita quibus verita sunt minora, ut dicitur in littera; & ita hic notatur Joan. Andr. n. 6. vers. Nec obstat ista littera Henrich. Boich. n. 14. eodem vers. Butr. n. 18. vers. Non hæc littera, Abbas, in 3. notab. Mar. Soc. n. 6. & Felin. n. 1. in 4. notab.

Quintò, nota in §. Quod si claustrales, Abbatem posse absolvi

- absolvere Monachos suos ab excommunicatione inflicta à Canone pro violenta manu iniectione, dummodo excessus non sit enormis, sive in excommunicationem incidere post ingressum Religionis, sive ante & in hoc extenditur
- 6. Monachi supra eod. ubi daturur Abbatibus potestas absolvendi Monachos suos in eo tantum casu in quo incidere in excommunicationem post ingressum. Dispositio tamen hujus Decretalis restringitur ad solam excommunicationem pro violenta manu iniectione, cum Papa hic procedat per modum indulgentiæ, ut patet hic majorem eos gratiam exhibere volentes, nec non hic, indulgentes, undè in aliis casibus Abbas non poterit absolvi excommunicatos ante Religionis ingressum; sed cum eis servabimus jus præcedens, de quo in d. c. Monachi, cum non reperitur immutatum, nisi in hoc speciali casu iniectionis manu in Clericum, l. Sancimus, Cod. de testam. l. Præcipimus in fin. Cod. de appell. & hic tenet Abb. in 4. notab. & in d. c. Monachi, qui ex hoc notabiliter infert, ut habens potestatem dispensandi cum subdito delinquentem in certo casu non intelligatur habere potestatem dispensandi cum eo, qui delictum illud committit antequam esset subditus, nisi specificè hoc fuerit concessum, quod dicit esse singulare, Mar. Soc. hic in 13. notab. & sequitur Felin. num. 1. post med. vers. Nota secundum D. Abbatem, addu cens rationem quia qualitas adjecta verbo intelligitur secundum tempus verbi, ut est casus, in l. In delictis, §. extraneus, ff. de noxalibus, de vulg. & pupill.
- 6. Sextò nota hic: Nisi excessus inferatur, qui dicitur excessus enormis, nam hic consideratur enormitas triplici respectu quantitatis facti; & de hoc habes in textu duo exempla; unum est si membrum fuerit mutilatum, ut patet in textu hic, si ad mutilationem membri est processum; quod intelligas de quolibet membro magno vel parvo: Non enim hic distinguatur inter hæc, sicut alias, ut in c. penult. de corpor. vitus, & in c. 2. de Cleric. agr. secundum eloff.
- hic in vers. Mutilationem membri, quam approbat DD. ut inquit Felin. n. 3. qui etiam prosequitur an membri appellatio veniant ungula, digitus, caput, barba, mamma, & c. de d. n. m. 3. usque ad num. 12. Alterum exemplum est quando fuit processum ad effusionem sanguinis, quod dicit DD. intelligendum ratione illius membri, de quo facile sanguis exire non consuevit; undè non intelligitur illi modica & levis fuit percussio in naso & sanguis exivit ab eo maxime, cui exire consuevit, præsertim in ætate. Ita post Innoc. hic post med. in vers. Effusio, declarat Holt. n. 10. in verb. Vel Effusio, Joan. Andr. n. 19. & communiter Doctores Mar. Soc. in c. Officii, n. 59. infra eod. Rursus hoc primo respectu quantitatis facti dicitur excessus enormis seu atrox, si oculus effundatur, ut in §. Atrox, in fin. de iur. iur. secundum Holt. hic num. 10. & Mar. Soc. hoc cit. Secundò principali dicitur excessus enormis respectu qualitatis personæ veluti si in Episcopum vel Abbatem hic violenta manu iniectione, ut hic in littera. Tali enim excessus semper gravis est & enormis, ut patet in c. Ille proculdubio & 99. dist. secundum Holt. hic num. 10. in fin. in verb. Aut in Episcopum; & idem est secundum eum in si Priorem suum locum Abbatem respectu scandalum, scilicet ubicumque scandalum imminet, ut patet in textu hic. Cùm excessus tales nequeant sine scandalo præteriri. Nihil enim faciendum est cum scandalo, ut patet in eo quod legitur & notatur in cap. Nihil supra de præscrip. & in c. Nisi cum pridem, §. Pro gravi quoque scandalo, de renunc. Sed & respectu loci injuria dicitur atrox, veluti si in theatro in foro vel in conspectu Prætoris facta sit, dicit text. in d. Atrox, in fin. de injur. Fortius ergo si in Ecclesia vel Cemeterio, c. Cùm pro causa, supra eodem, c. Quiquis, & §. qui autem n. 17. qu. 4. secundum Holt. in Summa hujus tit. §. Quis possit ab hac absolvi, vers. Sed qua dicitur atrox, de quibus dic plenius, ut per Mar. Soc. in dict. l. Officii, n. 59. infra eodem, & que circumstantiæ aggravant vel extenuant, seu injuriam, dic ut per eundem Mar. in cap. Licet, n. 21. in fin. ver. in causa autem cognitione septem veniunt principaliter consideranda & n. seqq. usque in fin. supra de pan.
- Secundò nota in vers. Circa reliquos verbò, Abbatem quandoque posse dispensare super irregularitate, scilicet cum Monacho suo, qui existens in excommunicatione propter excessum non gravem ex ignorantia probabilis suspicet Or-

Fagnan. in V. Lib. Decretal.

dines, ut hic per Abb. in 7. & 8. not. Mar. Soc. n. 28. & 21. & quod dictum est de Abbate, intelligas etiam de quolibet Priore Conventuali vel Prælo Regulari, secundum Innoc. hic n. 1. in verb. Abbatibus, quod latius prosequitur Holt. n. 13. & 14.

Quartò, an facultas dispensandi super irregularitatibus delicto occulto provenientibus attributa Episcopis ex decreto Concilii Tridentini, sess. 24. c. 6. Prælati Regularibus competat.

Circa intellectum d. c. 6. videtur considerari posse irregularitatem esse impedimentum canonicum, quo prohibetur promotio ad Ecclesiasticos Ordines vel eorumdem executio ut patet ex descriptione, quam ponit Specul. in titul. de legat. §. Juxta, in princ. Archid. & Joan. Andr. in c. 1. de reg. jur. lib. 6. Holt. in c. 2. n. 5. sup. de Cler. excomm. ministr. & Mar. Soc. in c. Ad audientiam, n. 12. supra de homicid. Undè dispensatio super irregularitate non videtur simplicis jurisdictionis Episcopalis, cujus capaces sint inferiores habentes jurisdictionem quasi Episcopalem; Nam ad ea que sacris Ordinibus annexa sunt vel illos concernunt, non refertur generalis illa adqueatio; de qua per Abbatem in c. At si Clerici, §. De adulteris, num. 13. de iuris. & in c. Sicur. ante, n. 3. vers. Et circa hoc de excessibus Prælat. Ita Anton. de Butr. in suo celebri cons. 19. num. 10. & patet ex Concil. Trident. in cap. 10. sess. 23. & alibi in materia Ordinum & dimissiorum ad ordines.

Potest tamen fore dici Abbatibus regulares quibus de jure competit facultas minores ordines conferendi, ut in c. Quoniam, 69. dist. & c. Cùm contingat, supra de atate & qualitate. Subditis tamen suis regularibus & Concil. dict. cap. 10. posse cum eis super irregularitate dispensare, ut non impediatur suscipere minores Ordines, aut eadem suscipere ministrare. Pro quo facit iste textus, ubi patet Abbatem posse dispensare cum Monacho irregulari quoad Ordines; & intelligitur communiter etiam si irregularitas esset contracta post ingressum, ut patet in §. Quod si claustrales & disti supra in §. notab. ex quo textu juncta gloss. in verb. Dispensare, & Innoc. circa fin. in verb. Abbatibus, colligitur dispensationem in irregularitate esse dispensationem circa Ordines.

Quod autem generaliter decretum Concil. Trident. in d. c. 6. sess. 24. Non sit intelligendum, ut comprehendat omnes jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, suadet ex verb. Episcopis quod in materia strictè & proprie interpretanda, ut puta exorbitanti, plerique dixerunt interpretandum esse pro consecratis tantum, etiam ubi ageretur de exercenda jurisdictione, ut per Felin. in cap. Eam te, num. 5. de referrip. Hinc etiam communiter tenetur Episcopos electos ante consecrationem non posse concedere indulgentias, quamvis id videatur esse actus jurisdictionis, text. in c. Quod autem, supra de panit. & remiss. ita Felin. ubi supra, n. 1. & Ant. de Butr. cons. 19. num. 21. ubi distinguit, ut quædam sint fori penitentialis naturalis pertinentiæ ad Ordinem Episcopalem, ut est absolvi à peccatis quibuscunque, in quibus aliqua sunt reservata Episcopis; & talia sunt communicabilia cum inferioribus, quia sui origine pertinent etiam ad inferiores; quædam vero non naturaliter sed per accidens inhiærent Ordini Episcopali, ut est indulgentias concedere; & talia, licet sint de foro penitentiali, non tamen adaptantur inferioribus.

Ad hæc si passim omnia Episcopalia essent communicanda istis inferioribus, paulatim introduceretur usus Co-Episcoporum, ut ad propositum dicit Butr. ubi supra; & auctoritas Episcopalis vilesceret.

Huc etiam pertinet quod cum aliis dubitatum fuerit in Congregatione Concilii, an Cardinales, qui habent titulos Ecclesiarum Urbis, possint in suis Ecclesiis titularibus & eorum subditis uti illis facultatibus quæ à Concilio Tridentino tribute sunt Episcopis in suis civitatibus & Diocesis & specialiter illis quæ comprehenduntur sess. 24. cap. 6. facta relatione Gregorio XIII. Sanctitas sua dixit nolle, ut ea quæ Episcopis concessa sunt à Concilio, competant Cardinalibus in suis titulis, quia licet habeant quasi Episcopalem jurisdictionem, hic tamen verè & proprie non sunt Episcopi; & in specie cum aliis quæsitum esset, an facultate concessa Episcopis decreto Concilii sess. 24. cap. 6. etiam inferioribus in locis sue jurisdictionis uti liceat; Die 9. Decembris 1581. Sacra Congregatio censuit non licere.

Ac postremò cum Abbas Aquinatenus Sedi Apostolicæ immediatè subiectus & jurisdictionem quasi Episcopalem habens in subditos declarari postulasset an facultas tributa Episcopis à Concilio decreto cap. 6. sess. 24. ipsam comprehendere; Sacra Congregatio censuit non comprehendere.

330
 talem absolvere per seipsum vel eum remittere absolvendum ad Episcopum excommunicatorem, sicut potest Metropolitanus ad Suffraganeum ut hic patet; & consequenter post imperitiam absolutionem poterit eum in iudicio appellationis audire & Episcopo inhibere.

43 Neque hoc casu obstat declaratio Sacre Congregationis, quia loquitur in terminis excommunicationis Sedi Apostolicæ reservatæ ex causa violatæ libertatis Ecclesiasticæ; & quamvis dubium fuerit conceptum de excommunicatis ab Episcopo: tamen videtur intelligendum de declaratis seu denunciatis, aliis enim non video quomodo excommunicatio lata ab Episcopo possit esse reservata Sedi Apostolicæ, cum sit excommunicatio ab homine & non à jure; & conditor Canonis absolutionem concesserit excommunicatori, cum eam sibi non retinuerit, ut e. *Nuper supra eodem*, nec Episcopus possit quemquam excommunicare ob violatam immunitatem; sed tantum denunciare, eum excommunicatio ab homine ferri non possit, nisi pro contumacia, e. *Nemo, si secundo 11. q. 3.* & hic *Præpos. n. 3. vers. Item nota quod nemo est excommunicandus, nisi pro contumacia, Abb. supra in hac rubrica n. 1.*

44 Capell. Tholof. dec. 198. Quandoque excommunicatio non appellat ab injustitia, sed dicit sententiam excommunicationis nullam; & hoc casu absque dubio potest audiri in Tribunali Auditoris Camerae & inhibitionem obtinere, quia non indiget absolutione, ut deciditur in hoc cap. & dictum est supra num. 8.

45 Quandoque demum reus appellat non à sententia excommunicationis, sed ab illius declaratoria; & tunc similiter Auditor Camerae non prohibetur in causa procedere & inhibitionem decernere, etiam si agatur de declaratoria excommunicationis Sedi Apostolicæ reservatæ: puta ex causa violatæ libertatis vel immunitatis Ecclesiasticæ. Ratio est, quia à tali declaratoria, nisi excessus sit notorius: datur appellatio tam

ad effectum devolutivum quam suspensivum; & interim appellans non debet se habere pro excommunicato, nec tenetur petere absolutionem, ut probatum est supra n. 14. unde nihil obstat quominus audiri possit & inhibitionem obtinere in Tribunali Auditoris Camerae: dummodo tamen sic declaratum ex causa violatæ libertatis & immunitatis Auditor Camerae non absolvet etiam ad cautelam, vel cum reincidentia; obstat enim reservatio Apostolica & declaratio Sacre Congregationis secundum ea quæ dicta sunt supra, num. 31. 32. & 33.

Atque ita die 27. Aprilis 1650. in Sacra Congregatione 47 super hujusmodi appellationibus & inhibitionibus dictum fuit in Tribunali Auditoris Camerae, posse quidem concedi monitoria & inhibitiones his qui ab Episcopis vel Ordinariis declarati fuerint excommunicati ob violatam jurisdictionem, libertatem vel immunitatem Ecclesiasticam; & ad Sedem Apostolicam appellarunt, cum ab hujusmodi declaratoria: nisi excessus sit notorius, detur appellatio ad utrumque effectum devolutivum & suspensivum; & Auditor Camerae sit iudex ordinarius quarumcumque appellationum quæ à sententiis per Ordinarios factis etiam extra statum Ecclesiasticum ad eandem Sedem interponuntur, sed non possit eos absolvere etiam cum reincidentia vel ad cautelam, obstante Decreto hac de re edito & à sanctæ memoriæ Urbano VIII. approbato: quod Sacra Congregatio observari mandavit.

Dictum est: nisi excessus sit notorius, quia talis non auditur appellans, e. *Cum sit Romana, §. Præterea, c. Perwent, si primo, c. Consuluit, c. Proposuit, supra de appellationibus;* & hic notat Abbas antiquus num. 2. circa finem in verbo *Non debet post Innoc. in cap. Tua nos, num. 4. supra de cohabit. Cleric. & mulier.* & hic jurge quæ in proposito scripsi in c. *Cum ex instantio, n. 5. & seqq. de nov. oper. nunciat.*



DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

Idem Innocentius III.

CAPUT XLI.

SI aliquando fortè contigerit, quòd eis, qui autoritate Apostolica sunt excommunicationi subjecti, nostræ litteræ cum salutationis alloquio destinentur, non propter hoc excommunicationis credatur sententia relaxata: Cùm per ignorantiam vel negligentiam, aut occupationem nimiam, vel etiam per subreptionem contingat hujusmodi litteras.

SUMMARIUM.

- 1 **P**apa si suis litteris excommunicatum salutet, non propter hoc tenetur eum absolvere.
- 2 Sive excommunicatio lata fuerit à iudicibus inferioribus, sive à Sede Apostolica.
- 3 Excommunicatus etiam per litteras salutari non debet.
- 4 Pena gravis est inter homines versari & eorum carere suffragiis.
- 5 Certa scientia excluditur ab actu ex negligentia multiplicitate occupatione agendum & subreptione.
- 6 Vitii remissio, seu approbatio ex sola communione non inducitur, nisi data scientia in communicante.
- 7 Papa an censetur excommunicatum absolvere si eum salutet ex certa scientia & n. seqq. usque ad n. 15.
- 8 Absolutionis formà non servatà excommunicatus non intelligitur absolutus.
- 9 Litteras scribens seruo tanquam Decurioni, vel ancilla tanquam sorori non censetur eis tribuere libertatem. Declaratur, num. 14.
- 10 Excommunicatus non presumitur quem Papa ad osculum scienter admisit.
- 11 Papa nulli subiacet formis juris positivi.
- 12 Excommunicati vigore Constitutionis, quam Papa vult haberi pro infecta, non indigent absolutione.
- 13 **P**relati inferiores, quamvis per salutationem remittant injuriam tamen penam non relaxant, nisi formiter absolvant.
- 14 Papa participando cum excommunicato, quem nolit esse absolutum, non incidit in Canonem.
- 15 Papa participando cum excommunicato, quem nolit esse absolutum, non incidit in Canonem.
- 16 Pensionarius qui per epistolam interpellavit Titularem excommunicatum ut pensionem solveret, eumque in fine epistola salutavit, an incidit in excommunicationem & n. seqq. usque in finem.
- 17 Excommunicato licitum est communicare in his quæ pertinent ad salutem anime.
- 18 Non tamen salutando cum aut cohabitando vel orando cum eo.
- 19 Contrarium, num. 21. & seqq.
- 20 Excommunicato licitum est communicare etiam per litteras in spectantibus ad salutem. Epistola quid sit, ibidem.
- 21 Verba superflua stipulationem non vitiant.
- 22 Excommunicatum alloquens correctionis causâ potest etiam interstere verba placentia & signa dilectionis ostendere.
- 23 Imò & cum eo participare in mensa & cohabitatione, dummodò faciat principaliter ut eum ad penitentiam inducat.

SI aliquandò. Si Papa suis litteris excommunicatum salutet non propter hoc intelligitur eum absolvere. Hoc dicit. Primò dicitur ponit. Secundò causam reddit hic. Cùm per ignorantiam.

Nota primò excommunicatum etiam ab Apostolica Sede non censeri absolutum ex eo quod Papa suis litteris eum salutet; dum enim loquitur hæc Decretalis de excommunicato à Papa, exprimit casum magis dubitabilem; unde idem & fortius dicendum in excommunicato à iudicibus inferioribus, secundum intellectum Joan. Andr. in princ. cui supplet verbum, *maximè*, Butr. in 1. notab. Anchar. num. 1. Marian. Socin. in 2. notab. & aliorum communiter. Ratio autem dubitandi in excommunicato autoritate Apostolica potuit esse duplex. Primò, cum Papa illi communit in salutatione & communicare non debeat, nisi prævia absolutione, videbatur eum velle absolvere ut necessarium antecederet. Deindè quia cum ei salutem imperiatur, ipsique salus esse non possit sine absolutione; idcirco videbatur velle ipsi absolutionis beneficium imperari. Cujus tamen contrarium hic deciditur, & rationes decidendi habet in textu, quia per ignorantiam, vel negligentiam, vel occupationem nimiam, sed etiam subreptionem contingit hujusmodi litteras imperari. Neque verò vis fieri debet in formula verborum salutationis; nam sive Papa eum salutet simpliciter, sive per illa verba, *Salutem in Domino, & Apostolicam benedictionem*, vel consimilia, non intelligitur excommunicationis vinculum relaxare, secundum Joan. Andr. in princ. in ver. *alloquio*, & Marian. Socin. n. 2. vers. *Item procedi nisi tamen*.

Secundò nota est eo quod Papa hic videtur se excusare, quod excommunicatum suis litteris salutaverit ignoranter, argumentum optimum, quod excommunicatus, etiam per litteras salutari non debet, ut hinc deducit gloss. 1. Host. in princ. Card. n. 1. Butrius & Abb. ambo in primo not. quod duplicem habet rationem. Altera respicit salutationem, ne scilicet per salutationem videatur excommunicato consentire, secundum eos, & Marian. Socin. in cap. *Inter alia, n. 48. vers. Et quod dictum est de salutatione, supra eodem argum. c. Cùm Hadrianus in fine, & hic gloss. ult. 63. dist. & probatur in d. c. Omnis 24. q. 1. hic; Nec autem dixeris qui enim dixerit illi, Ave, communicat ejus malignis operibus*. Altera ratio respicit ipsum excommunicatum, ut scilicet faciliùs respiciat cum viderit se contemni, c. *Pia de except. lib. 6. gravis enim poena est inter homines versari & eorum carere suffragiis, l. His qui C. de Apost.*

Tertiò nota tria, quæ excludunt certam scientiam ab actu & ex quibus probatur & præsumitur ignorantia, videlicet negligentiam, multiplicem occupationem agendorum & subreptionem, secundum Anton. de Butr. num. 4. & Mar. Soc. num. 3. Et quod dixit negligentiam, intellige Officialium ad hoc deputatorum, nam, ut inquit Host. num. 3. & Joan. Andr. in princ. in ver. *Negligentiam*, absit ut Papam de negligentia publicè arguamus, argum. c. *Altorum, q. 3. c. Si quis Abbas, 18. q. 2.*

Ultimò nota est sola communione non induci approbationem vel remissionem vitii, nisi detur ipsius vitii scientia in communicante. Quod secundum Anton. de Butr. num. 3. nota pro eo qui ex aliquo actu vult probare vitii purgationem seu approbationem, ut illius vitii articulet scientiam.

In glossa prima hic, *sed pone*. Quæro, an Papa salutando excommunicatum ex certa scientia censetur illum absolvere.

Pro parte negativa facit primò, quia in absolvendo præscripta est forma quæ prætermittit excommunicatus non videtur absolutus, c. *Cum desideres, c. Quod in dubiis, in princ. & c. Sacris, supra eodem*. Deindè pro hac parte facit, quia scribens litteras seruo tanquam Decurioni, vel Ancillæ tanquam sorori, non exindè censetur eis tribuere libertatem, leg. *Jabemus, Cod. de liberal. causi. & leg. Non epistolæ, Cod. de probat.*

In contrarium facit, quia ut legitur in cap. *Cum olim, si primo supra de privilegiis*, non præsumitur excommunicatione ligatus quem Papa ad osculum scienter admisit. Ergò in dubio censetur eum absolvere. Præterea Summus Pontifex nulli subiacet formis juris positivi, sed quod vult lex est, si de illius scientia appareat, cum legibus sit solutus, leg. *Digna vox, Cod. de legibus & leg. Princeps, ff. eodem*. Positâ ergò licentiæ Papæ, & voluntate: excommunicatus intelligitur absolutus, licet Papa non dicat: *Absolve te Pater*, quoniam Papa tribuit potestatem Canonibus, ipsique ab eo vigorem sumunt & non è converso, cap. *Significasti, supra de elect. Quidquid ergò vult Pontifex servetur, conitudo de illius voluntate, quidquid dicant jura*. Deindè hoc probatur hic à contrario sensu: Nam tum textus dicit: *Cum per ignorantiam, &c.* utique contrarium innuit si per scientiam; alioquin si Papa non posset excommunicatum absolvere, nisi servatâ juris formâ, non esset

major potestas Papæ, quam inferiorum iudicum. Et pro hac parte concludit glossa & consentiunt Goffred. in *promissio Decretalium*; Vincent. Philipp. Tancred. & Host. hic relati à Joan. Andr. n. 4. & Anchar. eodem n. Idem notat gloss. in cap. *Si inimicus, in ver. Expectare, 93. dist. ubi ait: (Si Papa excommunicato communicaret intendendo eum absolvere factò etiam non verbo, habendus esset pro absoluto, cum Princeps sola voluntate libertatem concedat) l. Apud, ff. de manumiss.*

Tu dic excommunicatum per hujusmodi salutationem intelligi absolutum, si constet de certa scientia Papæ, de qua constare dicitur, si hoc exprimat; aliis secus; Causa est in Clem. *Si sumus de sentent. excommunicat. & firmat hic Joan. Andr. n. 4. vers. Judic. Butr. n. 6. Card. nu. 1. vers. Quare si Papa & vers. Quare quomodo constabit, Anchar. n. 4. vers. Oportet ergò, Abb. n. 3. & 4. Mar. Soc. n. 2. ad finem.*

Non obstat quod in absolutione forma Ecclesiæ non fuerit servata, quia Papa hujusmodi formâ non adstringitur, ut dictum est num. *præcedenti*. Et præterea si Papa revocet aliquam Constitutionem & velit eum haberi pro infecta excommunicati vigore illius Constitutionis non indigent absolutione, ut notabiliter tenet gloss. in Clem. 1. in ver. *Pro infectis, de immunitate Ecclesiæ*: maxima enim est Papæ potestas circa jus positivum, ut hic notatur & probatur in cap. *Proposuit, de concess. præbend. & eam glossam sequitur Abb. hic, num. 4.*

Et hinc colligit aliud esse inferioribus Prelatis, quia cum formâ sint adstricti, quamvis per salutationem videantur injuriam remittere, ut *infi. de injur. §. fin.* ponam tamen non relaxant nisi formiter absolvant, ut dicunt hic Doctores, præsertim Petr. de Anchar. n. 1.

Item non obstat quod dictum est de litteris ad servum tanquam liberum, quoniam leges illæ loquuntur quoad libertas in litteris enunciativè narratur. Quo casu non constat de scientia Domini, sed si constaret eum ex certa scientia nuncupasse servum, liberum, animo tribuendi libertatem & hoc exprimeret, dubium non esset quin servus libertatem consequeretur, cum datio libertatis pendeat ex libera voluntate Domini, secundum Ant. de Butr. in fin.

In eadem glossa in fine. Quæro numquid Papa incidat in excommunicationem minorem si participet cum excommunicato, quem ex tali participatione nolit esse absolutum. Non, quia absolutus est legibus. Ita concludit gloss. hic, & in c. *Si inimicus, in ver. Expectare, 93. dist. ubi dicitur* Papam non incidere in Canonem, quia non ligatur à Canone, ut c. *Innotuit, supra de elect. & l. penult. ff. de Arbitris*. Idem notat gloss. *unica, in c. Nulli, supra eodem, & sequuntur Host. n. 2. vers. Sed numquid incidere* Joan. Andr. in fine, & alii communiter. Subdit tamen Abbas numer. 5. Papam non debere cum excommunicatis communicare, ut notatur in d. c. *Nulli*, & idem servari, ut cum legati Principum, seu ut vocant Ambasciatores perunt audientiam, Pontifex faciat eos absolvi & explicata ambasciata, ut verbis Abbatis utar, reducit eos in primitivam excommunicationem.

Quæro, Pensionarius quidam scripsit epistolam ad Titularem excommunicatum ob pensionem non solutam eumque interpellavit, ut solveret, & in fine epistolæ, ut moris est salutavit numquid propterea in excommunicatione incidere.

Host. in c. *Cum voluntate, n. 2. in vers. In locutione, 17 infra eodem*, tenet illam Decretalem dum decidit licitum esse excommunicato participare in locutione in his quæ pertinent ad salutem anime, non habere locum in oratione in mensa & in aliis, de quibus in cap. *Nuper, §. In secunda supra eodem*, & mox subdit, sed & caveat participans à salutatione, & cohabitatione, c. *Omnis, 24. quæst. 1. videtur ergò* Host. sentire in locutione posse quidem cum excommunicato aliquem participare in spectantibus ad salutem anime, dummodò tamen à salutatione & cohabitatione abstineat sicut innotuit ibidem Henric. Boich. col. 4. *post princ.* dicens posse aliquem participare cum excommunicato in locutione, inducendum ipsum ut ad Ecclesiam revertatur, non autem salutando eum vel orando cum eo. Idem videtur sentire gloss. 1. hic, *Circa medium*, dum ait, tamen non debeamus excommunicatos salutare, postsumus tamen eis loqui de rebus pertinentibus ad salutem anime; & ita vult gloss. ut conversionis causâ fas sit excommunicato alloqui, sed non salutare.

Contrarium videtur verius, quia quod dicitur de locutione in d. cap. *Cum voluntate*, habet locum etiam in scriptura, cum epistola nihil sit aliud, quam absentium colloquium, ut hic probatur ibi, *nostra littera cum salutationis alloquio*; & in l. *Si procuratorem, ff. de procurator. & scriptis, C. 2. Philippicorum: Amicorum, inquit, absentium colloquia epistola, & ad Artic. 7. Litterarum aliquid ad te darem ut loquerer tecum absens*, unde Bart. in l. *Nuda,*

sum auditur, licet non petat abolitionem pure, vel ad cautelam, ut in text. ibi. *ad probationem eorum, etiam si abolitionem non petat, debet admitti*, & notat Abb. num. 3. & Marian. Socin. in 11. not. Joan. Andr. & omnes in *summar. text.* in extremis verbis: quod locum habet non solum in duobus casibus hic expressis in *text.* Nos igitur, videlicet cum sententia excommunicationis est nulla, quia lata fuit post appellationem interpositam, secundum ea, que leguntur & notantur in *Pastoralis, §. Verum, de appellat. & in c. Licet, de sentent. excomm. lib. 6. per Lap. allegat. 47. alius 48. incip. Magister Hospitalis, num. 3.* Vel quia in ea fuerit expressus intolerabilis error, scilicet juris, ut hic notat gloss. in *verb. Intolerabilem errorem*, sed etiam in omnibus aliis casibus, in quibus allegaretur nullitas, de quibus in *c. Cum contingat, supra de offic. delegat.* Abb. Antiqui. hic in *fin. vers. Ad gloss. duobus* & per Marian. Socin. in *c. Parendimus, in decimo principali articulo, quest. 19. supra eodem.* Ibi enim duo casus hic ponuntur exempli gratia & ideo non restringunt Regulam, vel ejus rationem: ad hoc cap. 1. & quod ibi not. in gloss. *1. supra Ne Cler. vel Monac. & tenent Doctores, hic presertim Abb. num. 3. vers. Et ex predictis inferitur*, & Marian. Socin. num. 10. circa *fin. vers. Et adverte*, & ante eos Joan. Andr. in *cap. Solet, num. 15. de sent. excomm. lib. 6.* At vero dicens sententiam excommunicationis injustam non auditur, volens probare ejus injustitiam nisi ante omnia petat abolitionem, ut patet in textu ad finem, ibi, *veram in aliis* (id est ubi non proponitur excommunicationis nullitas, sed injustitia) nisi gratiam abolitionis impleat, non debet audiri: & tenet gloss. in *ver. in aliis*, Joan. Andr. & sequentes *supra in summ. Butr. num. 14. Abb. & Marian. Socin. licet citatis, Oldrad. conf. 93. Magister Ordinis, num. 19. vers. Non obstat*, & ad hoc quodlibet allegatur hoc cap. concordat textus in *cap. Cum contingat, supra de offic. delegat.* ubi qui dicit sententiam nullam admittitur ad probationem antequam absolvatur; sed qui dicit eam injustam ante abolitionem non admittitur. Ratio differentiæ est, quia excommunicatione etiam injusta ligat quoad Ecclesiam militantem, *cap. 1. & cap. Si Episcopus forte 11. qu. 3. cap. A nobis, in secundo, supra eodem*, & cum sit in omnem eventum necessaria absolutio, ne frustra expectetur eventus nihil operaturus, juxta notata in *l. Si quis ita scripserit hered. instituen. ff. de pet. hered. & in l. Aliquando, §. final. ff. ad Vellejan. merito ante omnia debet peti absolutio. Crescit enim homo pro merito obedientie parendo inique sententia, *cap. Sciendum, 8. quest. 1. cap. David 11. qu. 3. gloss. in cap. Cum medicinalis, in verb. Non contemnat supra eod. lib. 6.* Quinimo excommunicatus non petendo abolitionem videtur contemnere sententiam Ecclesiasticam & ex hujusmodi contemptu magis ligatur, ut hic dicitur in littera; & notat præcitata gloss. adeo ut tunc incipiat ligari etiam quoad Deum, *Feder. de Sen. conf. 11. Quartus, an excommunicatio, in princ.* Sed cum proponitur nullitas, tunc effectus est maximus, quia probata nullitate non erit opus abolitione, ut declarant *hinc Butr. num. 14. Abb. d. n. 3. & Mar. Soc. n. 10. ante medium, vers. Et ratio.**

24 Sed propositæ distinctioni videntur aperte obstat multa jura que dicunt excommunicatum posse appellare & appellationem prosequi, licet abolitionem non petat; quia appellatione est species defensionis que excommunicato non denegatur, prout hæc præbatur in *cap. Cum inter Priorem in cap. Significavit & in cap. ult. ubi est casus, supra, de except. in cap. Intelleximus, de judic. cum multis concord.* Frustra ergo distinguitur inter injustitiam & nullitatem sententia cum utroque casu excommunicatus sit audiendus in suis defensionibus, ut hic per *Butr. in 2. not.* Pro solutione breviter sic distingue, nam aut quis appellat ab ipsa excommunicatione: quam dicit injustam & sic litigium est super justitia vel injustitia ipsius excommunicationis; & habet locum hæc Decretalis, quia ex quo fatetur se ligatum, licet injuste, debet ante omnia petere abolitionem præstita cautione, cum nullus sit effectus hujus dilationis, nam sive probetur injustitia, sive non, in omnem eventum est petenda absolutio, ut in *cap. Cum contingat, de offic. deleg. aut excommunicatus appellat super alio articulo & adversarius excipit contra eum de excommunicatione & tunc quia appellans non fatetur se excommunicatum non est necesse, ut petat abolitionem; imò si sibi opponatur de excommunicatione, poterit replicare de hoc non esse disputandum, quia tenet locum rei & in aliud tempus poterit differi questio super nullitate vel injustitia; ex hoc enim non impugnantur excommunicatio & in hoc casu loquuntur jura contraria, ut bene declarat Abbas hic, *nu. 7. & in d. c. fin. n. 6. de except.**

27 Secunda est differentia inter injustitiam & nullitatem excommunicationis, quia appellans ab injustitia absolvitur pure & simpliciter. Ratio est, quia excommunicatio etiam injusta

ligat quoad Ecclesiam, ut dictum est supra, *n. 12. & si contemnitur ligat etiam quoad Deum, ut n. 13. & ideo absolutio est simpliciter necessaria, sed proponens nullitatem excommunicationis & intendens eam probare, quamvis sit audiendus, licet abolitionem non petat pure vel ad cautelam, ut ostensum est supra, *n. 8. tamen ad cautelam absolvi potest, quia etiam talem, id est qui dicit sententiam excommunicationis nullam, Sedes Apostolica ad cautelam consuevit absolvere, ut hic dicitur & in concordantibus allegatis in gloss. in *verb. Ad cautelam*, & in concordantibus diceretur, & infra octo dies probaretur excommunicatus pro manifesta offensa, ut in *c. Solet, & hic Joan. Andr. & DD. de sent. excomm. lib. 6.***

Tertia est differentia inter injustitiam & nullitatem excommunicationis, quia ubi appellatur ab injuria devolutum jurisdictionis ad Superiorem, *c. Reverti 3. q. 9. & c. cum in Ecclesia supra de appellat.* sed effectus excommunicationis non suspenditur; & sic appellatio operatur effectum devolutivum, sed non suspensivum, ut in principio textus hic. *Vocem non habet appellandi & in c. 15. cum, de sent. excomm. lib. 6. & in c. Pastoralis, §. Verum, supra de appellat.* ubi redditur ratio, quia executionem excommunicatio secum trahit. Item non est homo qui ligat, sed Deus, *c. Nemo il primo, 1. q. 3. Item nemo excommunicatur, nisi procedente culpa mortali & pro contumacia, c. Nemo il secundo, ibi. caus. q. 9. & contumacia non auditur appellata, c. Sani quorum 1. q. 6. & ita hic notat glossa a. Innoc. n. 1. vers. sed decepti fuerunt n. 3. in *fin. vers. Sed hoc non placet*: dicens appellatorem nihil valere quoad excommunicatum, quia semper excommunicatio secum trahit executionem, sed facere quoad principale negotium, quia si iusta causa est appellatum, illud trahit ad cognitionem Superioris, *Hoc. n. 2. in verbo Vocem non habet appellandi, Joan. Andr. n. 22. in gloss. a. Abb. in 1. not. Mar. Soc. n. 3. & alii communiter, Capell. Tholof. dec. 298.* At vero ubi quis dicit sententiam excommunicationis nullam, non modo causa & jurisdictionis ad Superiorem deferretur, sed etiam suspenditur effectus sententia; & sic dictio nullitas operatur utrumque effectum devolutivum & suspensivum, ut per Innoc. in *cap. Pastoralis, num. 3. supra de offic. Deleg. & tenet Lapus alleg. 2. distat. hic n. 4. vers. Et hæc concludit vera.**

Et hinc resultat quarta differentia, nam si iudex citet aliquem ad dicendum causam quare non debet excommunicari, à tali excommunicatione datur appellatio ad utrumque effectum, quia cum censura fecum trahat executionem & sic inferat gravamen irreparabile, ut in *dist. cap. Pastoralis, §. Verum de appellat. Ratio postulat, ut citatus à tali gravamine se tueri possit præstidio appellationis, ut in *l. ff. de appell. recip.**

At vero si iudex citet ad dicendum causam quare non debeat declarari incidisse in excommunicationem à comminatione talis declaratorie non datur appellatio. Ratio est, quia à declaratoria potest lata poterit appellari & appellatio operabitur utrumque effectum devolutivum & suspensivum, ut per Rotam *dec. 2. n. 5. de dolo & contum. in notis de scriptis in c. Super eo, in secundo n. 49. & 50. supra de appell. unde cum gravamen declaratorie reparari possit remedio appellationis: consequens est, ut à comminatione talis declaratorie appellare non liceat, ut in Concilio Tridentino, *sess. 24. c. 20. in princ. hic Neque appellationes recipiuntur nisi à definitiva vel à definitiva vim habente & cuius gravamen per appellationem à definitiva reparari nequeat: quod etiam prius jure Civili factum fuerat, ut in *l. 2. ff. de appellat. recip.* & notat glossa in *clem. 1. in ver. Ipso jure de heret. & ita alius declaravit Sacra Congregatio Cardinalium ejusdem Concilii Interpretum.***

Sed hic infurgit pulchra dubitatio à Doctoribus non excitata. Pone, Episcopus declaravit aliquem excommunicatum: numquid talis ab hujusmodi declaratoria possit appellare & appellationem prosequi abique eo quod prius petat abolitionem. Videtur respondendum posse nec indigere abolitione, quia hoc casu appellans non fatetur se excommunicatum ligatum, nec contemnit censuram Ecclesiasticam non petendo abolitionem: quæ est ratio propter quam dicens excommunicatum injustam, non auditur nisi prius abolitionem petat, ut patet ex dictis supra *n. 10. nec vertitur litigium super justitia vel injustitia excommunicationis, sed solum super facto, quia appellans negat se commississe delictum pro quo à jure perit excommunicationis in iudicium, nam per declarationem seu denunciationem non ligatur, ut *d. c. Pastoralis, §. Verum, supra de appellat.* & cum super facto Episcopus poterit decipi ex falsis testibus: iudex appellationis poterit pronuntiare bene appellatum: quo casu nulla indiget absolutio, nec appellationis effectus erit frustratorius, *c. sollicitudinem, de appellat. & notat Innoc. hic in fine; & consequenter in appellatione à declaratoria non militat ratio que militat in excommunicatione injusta à qua in quocumque eventu necessitas**

est absolutio, ut constat ex dictis supra *n. 10. & duobus seqq.* Item cum appellans à declaratoria negat se excommunicatum & in hoc consistat substantia defensionis suæ in iudicio appellationis: utique si teneretur petere abolitionem, per indelicentem cogere tur fæse defensionem renuciare contra ea que leguntur & notantur in *c. cum inter Priorem in glossa 1. cap. Dilecti filii, c. Dilecti & c. significaverunt, de except.* quia petens abolitionem fatetur se excommunicatum, ut *c. Venerabilem, §. sunt enim notoria; & hic notat glossa in verbo sollicitudine & communiter Doctores, supra de elect. nisi proleleletur, ut hic per Innoc. n. 3. vers. Alii dicunt contrarium.* Item cum à declaratoria excommunicationis datur appellatio ad utrumque effectum, ut ostensum est supra *n. 24. ergo appellans non debet interim se habere pro excommunicato, prout se haberet si abolitionem peteret, ut in *d. c. Venerabilem.* Item in hoc esse sibi contrarius, quia appellando à declaratoria, diceret se non excommunicatum; & petendo abolitionem, diceret se excommunicatum: unde vanquam proponens contraria non esse audiendus, *d. c. sollicitudinem de appellat.* Itaque in effectu idem sunt dicere excommunicationem nullam, ac dicere declaratoriam injustam, quia qui dicit declaratoriam injustam: consequenter dicit se non ligatum; & sic nullam hic esse excommunicationem. Unde sicut dicens excommunicationem nullam, non tenetur petere abolitionem, ut hic dicitur: ita nec dicens declaratoriam injustam & appellans ab illius injustitia: quod bene nota.*

28 Ceterum adverte, quia & si appellans à declaratoria excommunicationis, ut prædixi, non eget abolitione: potest tamen à Metropolitanò absolvi ad cautelam, nam & nulliter excommunicatus qui abolitione non indiget, à Sede Apostolica censuerunt ad cautelam absolvi, ut ostensum est supra *n. 17. & quod dicitur de Sede Apostolica, intelligunt Doctores etiam cum nullitas excommunicationis proponitur coram alio iudicio, ut hic per Butr. n. 23. sed hoc limitatis, nisi appellans declaratus fuerit incidisse in excommunicationem Papæ reservatam: puta ex Canone si quis scelerate *17. q. 4. quia tunc Metropolitanus nullo modo potest eum absolvere; c. Porro, supra eodem, etiam ad cautelam, sicut alius possit cessante reservatione, c. Solet & hic glossa 2. & communiter Doctores, de sent. excomm. lib. 6. Quemadmodum & Auditor Cameræ: quavis sit iudex ordinarius appellationum que à sententiis per quoscumque Ordinarios etiam extra statum Ecclesiasticum latis ad Sedem Apostolicam interponuntur, ut in Constitutione 28. alius 10. Pauli V. incip. *Eximia fidelitatis, §. 10.* Tamen non potest appellantes absolvere, 32 etiam ad cautelam vel cum reincidentia ab excommunicatione nisi illa ex causa violenta libertatis vel immunitatis Ecclesiasticæ, cum casus sit Papæ reservatus in Extravag. *Esti Dominici, de panit. & remiss. & in Bulla Cane Domini, §. 15. juncto §. 22. secundum ea que plenius adnotavi in c. cum pro causa, à num. 5. usque in finem, supra eodem, ut in subiecta declaratione Sacre Congregationis Cardinalium & Prælatum à sanctæ memoriæ Urbani VIII. alius deputate & à Sanctissimo D. nostro Innocentio X. renovate super appellationibus & inhibitionibus Tribunalis Auditoris Cameræ & aliorum Tribunalium Sacre Romanæ in præjudicium Nunciatorum, Episcoporum ac Superiorum Regularium tenoris infra scripti videlectur.***

33 Dabitur tamen fuit, an in Tribunali Auditoris Cameræ & in aliis Tribunalibus Curie Romanæ possit concedi inhibitiones seu monitoria cum abolitione etiam cum reincidentia vel ad cautelam excommunicatis per Episcopos & alios Ordinarios ex causa violatæ jurisdictionis, immunitatis vel libertatis Ecclesiasticæ appellantis vel alius recurrentibus ad supra dicta Tribunalia. Secundum, an in casibus que aguntur in supra dictis Tribunalibus Curie Romanæ possit recursum haberi ad Sacram Congregationem super immunitate & controversiis jurisdictionibus pro resolutione vel declaratione, an sit vel non sit commissæ violatio jurisdictionis, immunitatis vel libertatis Ecclesiasticæ; & interim debeant dicta Tribunalia supersedere usque ad resolutionem seu declarationem ejusdem Sacre Congregationis; & illam sequi & exequi.

Die 4. & 11. Augusti 1616. Dubiis supra dictis cum interventu omnium Illustrissimorum Doctorum Cardinalium & Reverendissimorum Prelatorum Deputatorum mature discussæ ac rationibus hic inde deductis diligenter ponderatis, unanimes consensus censuit quoad primum Tribunal Auditoris Cameræ, non alia Tribunalia supra dicta non posse hujusmodi abolitiones concedere, etiam cum reincidentia vel ad cautelam. Quo vero ad secundam licere partibus ad dictam Congregationem, ut supra recurrere & interim supra dicta Tribunalia expectare debere resolutionem seu declarationem & illam omnino sequi & exequi.

Quibus quidem Decretis eidem Sanctissimo, die 5. Septembris ejusdem anni 1616. plenè relatis una cum rationibus & autoritatibus Suae Sanctitatis approbavit & confirmavit illam, Fagnan. in *V. Lib. Decretal.*

que omnino exequi iussit & ad hunc effectum notificata fuerunt; & subinde cum de supra dictis dubiis iterum actum esset in Congregatione habita die 27. Aprilis 1650. nemine dissentiente, resolutum fuit, Auditorem Cameræ debere Decreta, ut supra edita, omnino observare, ac præcipere, ut à suis Ministris & Officialibus exactè observentur.

Circa primam declarationem in eadem Congregatione habitam est, nunquid in Tribunali Auditoris Cameræ possint concedi inhibitiones seu monitoria excommunicatis ex causa violatæ libertatis vel immunitatis Ecclesiasticæ. Ratio dubitandi fuit, quia ad propositum dubium, an monitoria & inhibitiones hujusmodi possint concedi cum abolitione à censuris. Congregatio nihil dixit de monitoriis & inhibitionibus, sed respondit simpliciter, Tribunal Auditoris Cameræ non posse hujusmodi abolitiones concedere etiam cum reincidentia vel ad cautelam. Unde quod negavit de abolitionibus, videretur de monitoriis & inhibitionibus concessisse, argum. *c. Nemo, de præsumpt. cum similit.* & cum Auditor Cameræ sit iudex ordinarius quarumcumque appellationum, ut dictum est supra *num. 31.* Dubitandum non videretur, quin in casibus ad suum Tribunal per appellationem devolutis, possit inhibitiones concedere, ut *cap. Non solum, §. Illa vero de appell. lib. 6. cum concord.*

Nec refert quod non possit excommunicatum absolvere etiam ad cautelam ubi casus est Sedi Apostolicæ reservatus, quoniam hoc casu non videretur necessaria absolutio, quia excommunicatus potest non modo appellare, cum hæc sit species defensionis que excommunicato non denegatur, *c. cum inter Priorem de except. Innoc. hic n. 1. vers. Nemo enim est verum, sed etiam appellationem prosequi, ut c. ult. end. tit. & notat glossa in d. c. cum inter verbo Legitima defensio.* Nihil enim excommunicato appellare prodest, si non possit appellationem suam prosequi, ut dicitur in *d. c. ult. in fin. & sic Auditor Cameræ poterit uti suis facultatibus & appellam eum audire abique eo quod eum absolvat ad effectum sperdi, quia in causa appellationis non agit, sed se defendit: licet aliud hic in reconventionem, ne quod in defensionis remedium sustinetur ad impugnationis materiam extendatur, ut in *d. c. cum inter in fin. adde quod cum Auditor Cameræ possit recognoscere causas appellationum: consequenter videretur posse facere illa omnia que ad hanc cognitionem sunt necessaria, quia permissio sine, omnia videntur permilla per que pervenitur ad illum, ut hic probatur in *ver. Verum, & notat Butr. n. 8. & Mar. Soc. in 6. notab. facit cap. Præterea, supra de offic. Deleg. & textus in l. Ad Ligatum & in leg. Ad rem mobilem, ff. de procurat. alioquin facultas cognoscendi esset frustratoria, quia ut inquit Butrius hic in *notab. exclusus à medio jurisdictionis delativo, excluditur à sine jurisdictionis deferenda; & ad quod vide bonam gloss. in *clem. Religiosus in ver. ulsivno de procurat.*****

In contrarium facit, quia appellans ab injustitia excommunicationis non debet audiri, nisi prius petat abolitionem, ut est casus in hac Decretali; & falsius dictum est supra *n. 10.* Sed Auditor Cameræ non potest sic appellantes absolvere, etiam cum reincidentia & ad cautelam, ut in declaratione Sacre Congregationis: ergo nec potest eum in causa appellationis audire, quia exceptio excommunicationis re: est appellentem à limine iudicii, ut hic & in *c. cum contingat, supra de offic. Deleg. & impedit litis ingressum, c. Intelleximus cum materia, supra de judic. Feder. de Sen. conf. 16. Mirandum est in princ. & potest opponi in qualibet parte iudicii, ne ququam in periculum animæ suæ excommunicato communicare cogatur, *c. Exceptionem de except. sed est hujusmodi exceptio non opponatur: tamen excommunicatus est iudicis officio repellendus, ut hic dicitur in *fin. & in c. Pisitidem in fin. eod. tit. lib. 6.* Quomodo ergo Auditor Cameræ poterit uti suis facultatibus in iudicio appellationis, si non potest excommunicatum absolvere, etiam cum reincidentia vel ad cautelam; & ante abolitionem debet eum etiam ex officio repellere.**

Pro solutione questionis distingue. Nam quoadque reus appellat non ab ipsa excommunicatione, sed ab alio gravamine & in iudicio appellationis opponitur ei exceptio excommunicationis; & tunc Auditor Cameræ proculdubio poterit eum audire: etiam si abolitionem non petat; eique inhibitionem concedere, quia hæc est species defensionis: que, ut prædixi, excommunicato non interdicitur; & in hoc casu loquuntur iudicia ad partem negativam *n. 57. & quavis textus in d. cap. ult. de except. loquatur super quibus appellans fuerit excommunicatus ex alio casu: tamen procedit, etiam si fuerit excommunicatus pro eadem causa pro qua est in iudicio; & satis est ut appellaverit ab indebito gravamine, ut hic in *c. cum inter Priorem eod. tit. & pro hoc allegatur. 1. de rescript. lib. 6. & ita intelligunt DD. d. cap. ult. ut hic notat Abbas numero 7.**

Quandocumque autem reus appellat à sententia excommunicationis quam dicit injustam; & tunc Auditor Cameræ poterit

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

Idem Innocentius III. London. Archiepiscopo.

CAPUT XXXV.

UT fame tuæ: & infra. Sanè consuluisti nos, utrum Clerici graviter excedentes, qui tunc non possunt Monasteriis ad agendam pœnitentiam deputari, quoniam cum non pœniteant de commissis oportunitate fugiendi captata, carcerem fugerent claustris & prioribus se sceleribus scelestius immiscerent: à te vel aliis Prælati suis arctæ possint custodiæ mancipari; & infra, Respondemus, quod cum Prælati excessus corrigere debeant subditorum & publicæ utilitatis interfit, ne crimina remaneant impunita & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam fuerant, nequiores; non solum possunt, sed debent etiam Clericos postquam fuerint de crimine canonicè condemnati, sub arctâ custodia detinere: qui cum sint incorrigibiles, nec in Monasteria valeant custodiri, ad similia vel pejora facile laberentur. Laici verò citra excommunicationis sententiam capere Clericos & ad iudicium trahere possunt, si oporteat etiam violenter: dum tamen id de mandato faciant Prælatorum, quorum illi sunt Jurisdictioni subiecti, & quorum est corrigere criminosos: eum hoc non ipsi, sed illi, quorum autoritate id faciunt, facere videantur: dum tamen non amplius eorum violentia se extendat, quàm defensio vel rebellio exigit Clericorum.

UT fama Prælati Clericum suum incorrigibilem incarceratione debet & potest. Hoc dicit primo. Laici de Prælatorum licentia capere possunt Clericos & ad iudicium

ducere Joan. Andr. secunda pars, hic, Laici. Pro intellectu Decretalis vide quod scripsi in cap. Cum non ab homine, num. 103. de iudic.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

Idem Innocentius III. Lenonen. Archiepiscopo.

CAPUT XL.

PER tuas litteras; & infra. Videtur aliquibus, quod cum ad Metropolitanum per appellationem quæstio non deferretur, excommunicatus autem vocem non habeat appellandi, utpote ab Ecclesia separatus; sive appellaverit sive non, Metropolitanus ei non debet absolutionis beneficium exhibere. Verum ex verbis cuiusdam Epistolæ, quàm scholastici ab Alexandro Papa emanasse proponunt, habetur, quod si ante appellationem, in aliquem excommunicationis sententia fuerit promulgata, Metropolitanus ante litem ingressum, ab eo iuramento recepto, secundum Ecclesiæ consuetudinem, debet ipsum absolvi, nisi voluerit Episcopo Diocesano deferre, ipsumque ad eum remittere absolviendum: ubi etiam consequenter inferitur, quod nec excommunicati sunt audiendi, priusquam fuerint absoluti, nec sunt ad illos, à quibus appellaverant remittendi. In Sardien. autem Concilio reperitur, ut is qui ab Episcopo est abiectus, finitimos Episcopos interpellat & causa ejus audiat & diligentius pertractetur: Episcopus autem, qui iuste vel iniuste abiecit eundem, patienter accipiat, ut discutatur negotium, quatenus vel probetur ejus ex pluribus sententia, vel etiam emendetur, prius tamen quàm omnia diligenter examinata fuerint, nullus ante causæ cognitionem communioni eum lociare

præsumat, qui fuerat communionem privatus. Nos igitur credimus distinguendum, utrum quis proponat se ad appellationem legitime interpositam, ex excommunicatione fuisse notatum, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem fuisse patenter expressum: in quibus casibus ad probationem eorum, etiam si absolutionem non petat, debet admitti: sed donec de ipsi confliterit, in aliis evitari debet: quæquam Apostolica sedes etiam tales confluere absolvi ad cautelam. Verum in aliis, nisi gratiam absolutionis imploret, non debet audiri: ne sententiam Ecclesiasticam contempserit videatur, & per hoc amplius ex suo contemptu ligetur. Quod si absolutionis beneficium humiliter postulerit. Metropolitanus eum debet absolvi, nisi suo duxerit suffraganeum deferendum: cui tamen, si suffraganeus absolutionis beneficium juxta formam Ecclesiæ noluerit exhibere, ipse nihilominus illum absolvat, cautione recepta, quod suo debeat parere mandato, ac deinde causam audiant & quod Canonicum fuerit (iustitia mediante) decernat. Quod si forsitan Episcopus subditum suum, propter manifestum excommunicasset excessum, Metropolitanus non debet ipsum absolvi, nisi suffraganeus requisitus malitiosè sibi absolutionis beneficium denegaret.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatus ab Episcopo, si ad Metropolitanum appellet, potest ab illo absolvi.
 - 2 Metropolitanus tamen Suffraganeus deferens potest eum remittere absolviendum.
 - 3 Et tenetur remittere si ejus excessus fuerit manifestus.
 - 4 Excommunicatus appellans ab injustitia excommunicationis non auditur, nisi prius petat absolutionem & n. 107.
 - 5 Secus si dicat sententiam nullam, & n. 8.
 - 6 Opinioni vel Magistro cuiuslibet non est credendum.
 - 7 Nullitas & injustitia excommunicationis in quibus differant, & n. seq. usque ad num. 26.
 - 8 Excommunicationem qui dicit nullam, auditur licet non petat absolutionem parè vel ad cautelam & n. 44.
 - 9 Et quid si fuerit excommunicatus propter notorium excessum, & n. 47. & 48.
 - 10 Exempla non restringunt regulam vel illius rationem.
 - 11 Excommunicationem qui dicit injustam, volens probare ejus injustitiam, non auditur, nisi ante omnia petat absolutionem.
 - 12 Excommunicatio etiam injusta ligat quoad Ecclesiam militantem.
 - 13 Eventus nihil operatur non est expectandus.
 - 14 Excommunicatus injustè non petendo absolutionem videtur contempserit sententiam Ecclesiasticam & ex hujusmodi contemptu ligatur etiam quoad Deum.
 - 15 Excommunicatus potest appellare & appellationem prosequi licet absolutionem non petat, n. 14. & 15.
 - 16 Declaratur, n. 16. & 40.
 - 17 Appellatio est species defensionis qua excommunicato non denegatur.
 - 18 Excommunicationem dicens injustam absolvi parè sed dicens eam nullam, quamvis non egat absolutionem, tamen solet absolvi ad cautelam.
 - 19 Nisi dicatur & infra octo dies probaretur excommunicatus pro manifesta offensa.
 - 20 Appellatio ab excommunicatione operatur effectum devolutivum, non suspensivum.
 - 21 Excommunicatio trahit secum executionem.
 - 22 Excommunicationem ab eo qui dicit nullam non modo jurisdictione ad superiorem devolvitur, sed etiam suspenditur effectus sententia.
 - 23 Appellatio à comminatione excommunicationis datur ad utrumque effectum.
 - 24 Secus à comminatione declaratoria.
 - 25 Appellatio declaratoria excommunicationis datur ad effectum devolutivum & suspensivum & n. 45. cum duobus seqq.
 - 26 Appellatio non datur à gravamine, quod reparari potest per appellationem à definitiva.
 - 27 Appellare quis potest à declaratoria excommunicationis & appellationem prosequi absque eo quod petat absolutionem.
 - 28 Absolutionem petens fatetur se excommunicatum, nisi protestetur.
 - 29 Appellans à declaratoria excommunicationis quamvis non egat absolutionem, tamen ad cautelam potest absolvi à Metropolitanis.
 - 30 Nisi absolvi sit Sedi Apostolica reservata.
 - 31 Auditor Camera est iudex ordinarius appellationum à sententiis per Ordinarios latis etiam extra statum Ecclesiasticum.
 - 32 Non tamen potest absolvi etiam cum reincidentia vel ad cautelam excommunicatus ob violatam libertatem vel immunitatem Ecclesiasticam & n. 33.
 - 33 Declaratur, n. 43.
 - 34 Auditor Camera in causis pendens in suo tribunali debet supersedere, si partes recurrant ad Sacram Congregationem immunitatis pro alicujus dubio declaratione & illam exequi.
 - 35 Monitoria & inhibitiones in tribunali Auditoris Camera ad dari possunt excommunicati ob violatam immunitatem Ecclesiasticam.
 - 36 Fine permissi videntur permissa illa omnia, per qua pervenitur ad illum & exclusus à medio, excluditur à fine.
 - 37 Exceptio excommunicationis repellit à limine iudicii & impedit litem ingressum.
 - 38 Et potest opposi in qualibet parte iudicii.
 - 39 Excommunicatus est officio iudicii repellendus, licet excommunicationis exceptio non opponatur.
 - 40 Appellare quis potest à gravamine & appellationem prosequi non obstante exceptione excommunicationis.
 - 41 Etiam si fuerit excommunicatus pro eadem causa pro qua est in iudicio.
 - 42 Auditor Camera potest appellentem ab injustitia excommunicationis per se ipsum absolvi vel eam remittere ad excommunicatorem.
 - 43 Excommunicatio ab homine non fertur nisi pro contumacia.
 - 44 Auditor Camera potest audire excommunicatum ab Episcopo dicentem excommunicationem esse nullam.
 - 45 Item potest audire appellentem à declaratoria excommunicationis ab Episcopo lata.
 - 46 Non tamen potest eum absolvi ad cautelam vel cum reincidentia, si excommunicatio sit Papa reservata, & n. 47.
 - 47 Appellans à declaratoria excommunicationis non auditur si excessus sit notorius, ibid. n. 48.
- Nota primò ibi, videtur aliquibus. Non esse credendum 6 cuiuslibet opinioni, neque cuiuslibet magistro ad idem capit. Neque quorumlibet & cap. Ego solus 9. dist. 8. hic notat Hostien. num. 1. quod facit contra moderatos, qui dicunt solam auctoritatem alicujus probari auctoritate reddere opinionem probabilem, de quo dic latius, ut scripsi in cap. Ne innotariis, à num. 403. usque ad numer. 449. supra de Constitutis. & vide quæ in proposito litem Hostien. notat in c. 1. num. 10. & seq. de decim. & plenius in cap. unico, num. 51. cum septem seqq. de sacra unct.
- Secundo nota ex textu & menti commenda plures differentias inter nullitatem & injustitiam excommunicationis. Prima differentia est, quia dicitur excommunicatorem nul-

nam. 4. vers. Hic verò fuit scriptura, ff. de donat. dicit epistolam loqui cum eo, ad quem mittitur: quamobrem si licet excommunicatum alloqui in pertinentibus ad salutem animæ & alia verba interponere, ut est casus in dist. cap. Cum voluntate. Ergo etiam licet ad eum litteras mittere cum salutatione. Et quidem hoc de plano procedit, si sequamur opinionem Innocentii in d. c. Cum voluntate, in princ. in verb. Incidenter, existimantem licitum esse excommunicatum alloqui conversionis causâ & alia verba interferere, etiam si verba hujusmodi nec ad absolutionem, nec ad salutem faciant, nam & verba superflua stipulationem non vitiant, l. Quæ extrinsecus, ff. de verb. obligat. secundum Host. & Joan. Andr. hic, n. 2. & Butr. num. 11. in fine, sed et si sequamur opinionem Hostiensis, n. 2. in eodem ver. requirentis ut talia verba aliquo modo, licet non principaliter, proficiant ad salutem, nihilominus talia videtur salutatio, quia benevolentiam capiat; & sic disponit, ut ex familiaritate salutis verba facilius recipiantur, ut considerat D. Thom. in 4. sent. dist. 18. qu. 2. art. 4. in corpore: alioquin verendum esset ne debitor insalutatus, ac veluti contemptus & correctionis acrimonia exasperatus obstinatio fieret; ad hoc c. Cum beatus, 45. dist. hic, Asperitatis autem nimia increpatio nec correctionem recipit, nec salutem & Conc. Trid. in c. 1. sess. 13. hic: Cum sapi erga corrigendos agat benevolentia, quam asperitas, &c. Ob quam rationem, ut inquit Host. loco cit. alioquin excommunicatum in tendentibus ad salutem, non ut illi faveat, sed ut eum magis attrahat poterit etiam dicere verba placentia & ostendere signa dilectionis quam ad ipsum & ejus genus habuit, undè non apparet cur etiam non possit salutationem

interferere, & cum Host. transeunt ibidem Joan. Andr. n. 2. in eod. verb. Butr. n. 11. & Card. n. 2. Neque verò hoc casu vigent rationes cur excommunicati salutari non debeant, quarum superius meminimus num. 3. quandoquidem rationes hujusmodi vendicant sibi locum si salutatio fiat principaliter, secus si incidenter, ut salutatio verba apud eum magis proficiant, ut in dict. cap. Cum voluntate, & in c. Cum excommunicato 11. qu. 3. & in c. Responso, infra eod. Et eodem modo responderi potest ad doctrinam Host. & gloss. hic, ut supra ponderatam pro contraria parte, quia debet intelligi si salutatio sit nuda & simplex, secus si admixta cum verbis ad salutem pertinentibus, ut in iuribus præallegatis. Quin imò Petr. de Anchar. in d. c. Cum voluntate, in 2. notat. 3. (Si quis, inquit, principaliter ad hoc tendit, ut excommunicatum ad penitentiam reducat verbis perfunctis, si cum tali locutione immisceat incidenter potum vel comestionem in mensa, vel cum eo cohabitabit principaliter ad finem conversionis, talis non incidit in Canonem.) Ad quod inducit principium illius Decretalis. Cum voluntate & proposito, &c. Item quia hæc incidenter eveniunt & per consequens non curantur, ut hic: illa enim que incidunt, nec ad absolutionem faciunt, nec ad salutem: puta quærit de uxore & liberis ad dilectionem, quam habuit erga illius genus & his similia: ad hoc l. Quæ extrinsecus ff. de verb. obligat. si ergo secundum Anchar. incidenter licet cum excommunicato participare etiam cohabitatione ad finem conversionis, longè magis licet salutem dicere, arg. c. Ex parte il terço, de dec.



DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS

Idem Innocentius III. Ferraren. Episcopo.

CAPUT XLIII.

Responso nostro postulas edoceri, an cum Ferrar. cives excommunicationis & interdicti sententiis sint ligati, liceat tibi viros & mulieres semel in hebdomada, vel in mense, apud aliquam Ecclesiam convocare, quibus prædices verbum Dei, & eosdem ad correctionem inducas. Super quo respondemus, quod sine scrupulo conscientie hoc facere poteris, cum videris expedire: dummodò contra formam interdicti nullum eis divinum officium celebretur. Præterea quævisisti, cum Ferrar. civitas sit interdicto supposita, & idè sint ibidem (præter baptismi parvulorum, & penitentias morientium) universa sacramenta Ecclesiastica interdicta, an liceat tibi baptizatos pueros in frontibus consignare. Super quo respondemus, quod sicut baptizari possunt pueri, sic & baptizati ad confirmationem in frontibus a te possunt sacro chrismate deliniri.

SUMMARIUM.

- 1 Excommunicatis, & interdictis prædicari potest verbum Dei.
- 2 Excommunicati licet possint Ecclesiam ingredi, dummodò officium non audiant.
- 3 Excommunicatus permittendus est per Ecclesiam transire.
- 4 Excommunicato Missam audiente extra Ecclesiam Sacerdos cessare debet, nisi inceperit Canonem.
- 5 Orare licet in Ecclesia, in qua excommunicatus existit non orandi causa.
- 6 Excommunicatis licitum est communicare ad finem, ut ad penitentiam reducantur.
- 7 Excommunicatus sive occultus, sive manifestus nullo tempore debet Ecclesiam, nisi ad audiendam prædicationem verbi Dei.
- 8 Ecclesia quid sit.
- 9 Excommunicationis gladius nervus est Ecclesiastica disciplina, ac si contemnatur, perniciem potius parit, quam salutem.
- 10 Excommunicatio est medicinalis non mortalis.
- 11 Excommunicatis non denunciatis, nec publicis Clericorum percussoribus non liceat Ecclesiam ingredi post Constitutionem Concilii Constantiensis.
- 12 Excommunicati minore excommunicatione Ecclesiam intrare non prohibentur.
- 13 Divinorum appellatione an veniat prædicatione verbi Dei, & n. seqq. usque ad n. 22.
- 14 Prædicatione verbi Dei non est actus Ordinis sacri, & demandari potest etiam Clerico in sacris non constituto & n. 19.
- 15 Non tamen mere laico & n. 19.
- 16 Prædicatione

- 16 Prædicatione verbi Dei non incumbit ex officio nisi Episcopo, & Parochio.
- 17 Monachus etiam Diaconus, vel Sacerdos de jure communi prædicare non potest sine licentia Episcopi vel Curati.
- 18 Episcopus etiam non consecratus, & Parochus non Sacerdos tenetur prædicare populo verbum Dei.
- 19 Suspensus à divinis non intelligitur suspensus à prædicationis officio nec à converso.
- 20 Suspensus à divinis celebrando officium irregularis, secus in suspensio ab officio prædicationis.
- 21 Intellectus Clem. Quamvis de foro compet.
- 22 Interdicti tempore administrari possunt Baptismi, & Confirmationis Sacramenta etiam adultis & n. 27.
- 23 Item Sacramenta Penitentiae etiam Janit.
- 24 Viaticum decedentibus non denegatur.
- 25 Eucharistia Janis non conceditur.
- 26 Confirmatio est complementum Baptismi, & ante eam quis non dicitur plene Christianus.
- 27 Interdicti tempore permittitur Chrismatis consecratio in die Cæne Domini, & consecratio olei baptizandorum.
- 28 Extrema Unctio denegatur.
- 29 Et quid de Ordine & Matrimonio ibidem remissive.
- 30 Civis unius civitatis omnes, & simul possunt non tantum interdicti, sed etiam excommunicari.
- 31 Universitas an excommunicari possit & n. seqq. usque in fin.
- 32 Universitas undè dicta.
- 33 Quid sit.
- 34 Et quot homines faciant universitatem.
- 35 Universitatis nomen quid veniat.
- 36 Communitas quid sit.
- 37 Collegium quid, & in quo differat ab universitate.
- 38 Episcopus cum Capitulo faciant unum corpus.
- 39 Excommunicationis pena quam gravis sit.
- 40 Excommunicatus traditur Diabolo corporaliter & spiritaliter.
- 41 Interdicti quis potest pro peccatis alienis, sed non excommunicari & n. seqq. & n. 51.
- 42 Regnum interdictum pro peccatis Regis, civitas pro peccatis Episcopi, vel Domini, & Monasterium pro peccatis Abbatis.
- 43 Universitas ex more sacrorum Canonum interdictum, singulares persone excommunicantur.
- 44 Excommunicantur in Bulla Cæne omnes, & singuli apertantes ad futurum Concilium; universitates verò, & Collegia interdicuntur.
- 45 Officiales laici relegantur personas Ecclesiasticas excommunicantur ab Urbano VI. eorumque civitates, & terra supponuntur Ecclesiastico interdicto.
- 46 Consules mercatorum non faciunt Collegium.
- 47 Legatos & Nuncios Apostolicos impediunt excommunicantur, & eorum regna, & terra interdicuntur.
- 48 Lucana civitas, & dominium interdicuntur, Vexillifer Antiani, & Officiales nuntiantur excommunicati ob violatam libertatem Ecclesiasticam.
- 49 Princeps, & multitudo non est excommunicanda. Declaratur ibidem.
- 50 Multitudo etiam notorii peccati rei excommunicari non debet. Declaratur n. 57.
- 51 Universitas excommunicari non posse qui autores sentierint.
- 52 Universitas, & Capitulum de jure veteri poterant excommunicari.
- 53 Intellectus c. Si autem vobis, 11. q. 3.
- 54 Populum quot homines faciant.
- 55 Universitas duplex.
- 56 Intellectus c. Romana, §. In universitatem, de sentent. excomm. lib. 6. & n. 72. 79. 80. 84. & seq. & n. 94. & 109.
- 57 Multitudo an, & quando excommunicari possit.
- 58 Multitudo peccantium parochianum error non parit.
- 59 Multitudini an sit parcendum, qui numerus requiratur.
- 60 Universitas dupliciter accipitur & n. 72.
- 61 Universitas prout est quid abstractum à singularibus personis nulla auctoritate excommunicari potest & n. seq. usque ad n. 72.
- 62 Universitas, Communitas, Societas, Collegium seu Capitulum dicuntur unum, non simpliciter, sed aggregativè.
- 63 Gregem faciunt decem oves.
- 64 Collegium, & universitas non dicitur persona vera, sed ficta, & representata carens anima, & Baptismo, & n. seq.
- 65 Excommunicatio non ligat nisi personam veram, & n. 69.
- 66 Actus activorum sunt in patiente bene disposito.
- 67 Excommunicatione non ligatur nisi persona rationalis, & baptizata.

- 68 Universitas res non sunt singularum, neque à converso, Anima singularum non sunt universitates ibid.
- 69 Actus, & possessiones prout consistunt in factis sunt singularum, non universitatis & n. 81.
- 70 Excommunicatione ut quis ligetur quasi qualitates habere debet.
- 71 Universitas ut est quid præstans à singularibus personis, non est capax interdicti.
- 72 Excommunicare universitatem, vel omnes de universitate non differunt. Declaratur n. 89.
- 73 Interdictum corporis in materia cujus corpus non est capax, respicit singulos.
- 74 Capitulum est nomen intellectuale, & res incorporabilis, & nihil facere potest nisi per membra sua.
- 75 Universitas, Collegium, vel Senatus an possint per Papam excommunicari & n. seqq. usque ad n. 79.
- 76 Papa prædecessorum suorum Constitutionibus non ligatur, tam ex defectu voluntatis, quam potestatis & n. 77.
- 78 Hieronymus, & Augustinus contra auctoritatem Papæ sententiam suam non deservunt.
- 79 Universitas, vel Collegium an ab inferioribus à Papa excommunicari valeat & n. seqq. usque ad n. 88.
- 80 Prohibito nunquam fit generaliter ad cautelam eorum, quæ possunt contingere.
- 81 Communitas non præsumitur ita tota ad malum consentire, quin aliqui sint dissentientes.
- 82 Justus cum impio non est condemnandus.
- 83 Episcopi non possunt Sedis Apostolicæ decreta in totum vel in partem convellere vel mutare.
- 84 Excommunicari possunt ab Episcopo Priores, & omnes de universitate mandatis ejus rebelles.
- 85 Collegii major pars, si delinquat, Collegium ipsam dicitur deliquisse.
- 86 Capituli alia est causa, alia Canonorum.
- 87 Canonici singulares citati, etiam si fuerint contumaces, non possunt excommunicari pro capitulo non comparente, ubi decreta sunt citatio contra Decanum & Capitulum.
- 88 Excommunicatio lata à Papa in universitatem an valeat.
- 89 Et an liget innocuos.
- 90 Et quid in foro poli.
- 91 Infantes excommunicationis sententia ligari non possunt & n. 109.
- 92 Ecclesia non potest per excommunicationem excludere à Regno Dei nisi indignos, qui per peccatum mortale charitatem amiserint.
- 93 Excommunicatio lata in universitatem ab inferioribus à Papa an liget, & timenda sit, & n. seq. usque in finem.
- 94 Penitus prohibere quid importet & n. 105.
- 95 Excommunicatio lata in universitatem non potest referri ad singulos & n. seqq.
- 96 Contrarium n. 106. & seqq.
- 97 Capitulum excommunicato an censentur excommunicati successores.
- 98 Genere existente incapaci non fit distributio, vel diffusio in ejus species. Contrarium n. 111.
- 99 Sententia lata contra privilegium non tenet & n. 115.
- 100 Potentia est de genere honorum.
- 101 Excommunicatio, siue justa, siue injusta timenda est, & n. 112. & seqq.
- 102 Si lata sit ab Ordinario, & in talen, qui quamvis siue culpa, tamen culpam committere potuit.
- 103 Excommunicationis sententia contra Canonis prohibicionem tenet, si feratur ab Ordinario, secus si à Delegato.
- 104 Gestis contra prohibitionem legis non procedentis ad irrationem actus an & quando sint nulla & n. 112.
- 105 Opinio tunc ex præcepto eligenda est inter opinionem utrinque probabilem, ubi veritatis salutis periculum.
- 106 Sententia lata à non suo iudice est ipso jure nulla.
- 107 Universitas nihil aliud est, quam singuli homines, qui hic sunt.
- 108 Excommunicatus Capitulum censetur excommunicasse singulos & n. seqq.
- 109 Actus, qui non potest applicari universitati, applicatur singularibus personis.
- 110 Excommunicatio generaliter lata in universitatem referri non potest nisi ad capaces excommunicationis.
- 111 Dispositio quantumcumque generalis recipit restrictionem de habitate & possibilitate.
- 112 Excommunicatio in suffraganeos lata ab Officialibus Archiepiscopi, qui de facili potest haberi, ligat, quamvis ferri non debeat.
- 113 Excommunicatio lata ab Episcopo non servata forma c. 3. sess. 25. Concil. Trid. valida est, licet sit injusta.